



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 129. Et viri qui tenebant illum. v. 62.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

cunt & fluunt: quæque antea à peccatis abstinere non poterant, iam corde conuerso clamant. *Domine quid me vis facere?* certè amatum non fuit flere Petrum amarè, quia videtur fleuisse amore.

§. 129. *Et viri qui tenebant illum. v. 62.*

Cur Christus Dominus solum respiciendo succurrerit Petro, indicatur causa, quod tunc à viris tenebatur, quando se miraculo liberum facere detrectabat. Quid sit viros tenuisse IESVM facile capit, qui virum pro robusto, in sacris litteris accipi nouit. Fortissimi igitur & audacissimi adhibiti sunt, & hi barbaris manibus eum barbare tenebant, ne, si arte miraculouè euaderet, illuderentur ipsi.

O Iesu fili Dei benedicti; ô Saluator pijsime & quis tibi non comparatur? quis tam ferreus, tamque ab humanitate alienus vt non comparatur, quod modo tenearis vinculus ab eis, quos creasti, quos conseruas, quos æternis damnare potes supplicijs: ego te in illis vinculis adoro & glorifico, Deus meus; Dominus meus.

§. 130. *Illudabant ei, cadentes. v. 63.*

Soluto consilio noctis & indito reditu in summum mane, vt aliquis iudicij repetiti species seruari videretur, aliquam quietis partem sibi dare visi sunt; at Domino nihil indultum quietis, sed reliqua nocte à ministris eius custodiæ commissis dirè vexatus est, nec erubuerunt, Euangelistæ aliqua saltem ludibriorum genera recensere quæ Dominus volens ista nocte nostri causa passus est, nosque eo magis illi obstrictos tenent, quo sunt indigniora & acerbiora. Expuerunt enim in faciem, quod erat genus contumeliæ grauissimum, & pro numero ministrorum magna fuerit oportet vis & sceditas sputorum, quibus diuina facies planè operata fuit. Colapis ceciderunt id est manu & pugno, caput, collum, dorsum aliasque partes pullarunt; addebatur plaga super plagam, lior super liorem, & quassatio super quassationem, donec corpus illud speciosum præ filijs hominum totum deformaretur, velaerunt oculos vt liberius eum cæderent cum irrisione; alapas dederunt manu aperta seu palmas in faciem eius. Hæc & talia plura infanda scurriliter in eo scurræ fecerunt.

Ego Te Christe veneror ac supplex adoro & acclamo, ô bone Iesu, hæc ludibria ac tormenta sint animæ meæ ornamentum, ac munimentum, supplico tuis gloriæ opprobrijs, tuis inuitar meritis, ex hac nocturna